

tamen virtutem, sic ubi cernitur, col-
laudare: & hæc vna est ratio, qua ple-
rique mortales ad eandem ample-
xandam pertrahuntur. Sed & ter-
tium quiddam occurrit, quod me
vobis arctissimè deuinctum tenet,
nempe comitas illa vestra, & erga li-
teratos omnes prorsus insignis hu-
manitas: in quorum censu cum Dei
Opt. Max. beneficio habear, æquum
est me amoris vestro respondere, eo
præsertim honore cohonestatum à
vobis, vt me tandem in hanc vr-
bem, tanquam in placidissimum
portum delato vti volueritis ad
eam vobis nauandam operam, quæ
totius humani generis valetudini
tuendæ pernecessaria est. En igitur,
viri humanissimi, quod meæ erga
vos obseruantia monimentum esse
cupio, *Σμπερωσίμω* vestro nomini de-
dic